



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Ivstitia Et, Ivs. Sex Libris totidem Tractatus appono, nempe de rerum
Dominio, de Restitutione, de Contractibus Gratuitis, de Contractibus
Onerosis, de Contractibus Fortunæ, de Contractibus Adminicularis, de
Quasi-Contractibus, & nonnullis Innominatis

Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663

Cap. 9. Circa Possessionem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80681](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80681)

de bonis maternis leg. 1. p. 2. numer. 76. Boetii. de off. 6. i. num. 12. Iul. Clarus l. 3. recept. sentent. §. testamentum, quæst. 66. Menchaca de success. creat. §. 10. num. 668. Gutierrez in repet. l. Nemo potest, ff. de legat. 1. num. 4. 15. Quod adeo verum Rolandas à Valle existimat conf. 92. num. 17. vol. 1. Boet. ubi. sup. & Gutierrez n. 416. vt etiam si testator inhibeat usufructuario inuentarij confectionem sub pœna à conficiendo eo non excusetur; sed illam inhibitionem & pœnæ appositionem nullam esse.

153. Facta à testatore hac remissione, non est obligatus usufructuarius ad inuentarij confectionem. Quia lege 1. Cod. de usufructu & lege scire debetis, Cod. vt in possessor. legator. canetur, non potest usufructuario remitti cautionem de vrendo bonis, arbitrio boni viri, ne delinquendi deus occasio: non autem ibi probatur, inuentarij confectionem remitti non potest, cum sit res omnino distincta. Præterea heredi grauato, & tutori remitti potest inuentarij confectionis, vt pluribus probat Parisius conf. 68. num. 54. lib. 2. Conar. c. 1. de testam. num. 17. Molina cap. fin. num. 14. Ergo usufructuario remitti poterit, vt potest qui minori obligatione additgitur ad reddendam rationem rei, ex qua usufructum recipit. Ita Molina de primog. l. 1. c. 21. n. 15. Palas de inst. tr. 31. d. vnic. pun. 23. §. 2. n. 3.

154. Cum his opinor. Nam si attente consideretur obligatio, quam usufructuarius habet conficiendi inuentarium, potius est ex quadam honestate, & æquitate, quam ex rigorosa lege & obligatione, quia l. 1. §. recte ff. de usufructu quemadmodum canetur, vbi hac obligatio indicitur, inquit, recte Dominium & usufructuarium facturos, si in scriptis redigant, quæ bona sunt fruenda. Vbi Glossa v. Facient. id intelligit de consilio, non de præcisâ obligatione. Cui explicationi Molina citatus ad c. fin. n. 9. videtur annuere.

D V B I V M XXXIII.

An ei, qui non potest fideiussores inuenire eo quod inops sit, vel forensis, debeat, usufructus concedi ex sola iuratoria cautione.

155. Certum siat. Erratum est, obligari usufructuarium, si requisitus à proprietario, vel ab eo, ad quem usufructus deuenire debet, fuerit, cautionem præstare, quod re sibi in usufructum vteretur, & fructus, sicuti vir bonus, ac prudens ea res, si propria esset, vteretur, & frueretur. Hæc autem cautio, seu satisfactio, quam usufructuarius dare tenetur, est fideiussoria, aut pignoratitia; aliàs non satis erit consultum proprietario, vel iis, cuius usufructus deuenire debet, vt docet Glossa l. 4. v. Boni viri, ff. de usufructu Bald. ibi, n. 8. Paul. n. 3. Tiraquel. de viroque retr. ad fin. tit. de retr. in unio. §. 1. Hinc quæritur an ei, qui non potest fideiussores inuenire, nec pignus dare, quia inops est, vel forensis, debeat ei usufructus concedi ex sola iuratoria cautione.

156. Cõcedi nõ debet. Quia plures sũt leges nõ ad-

mittentes iuratoriã cautionẽ, cũ satisfactio exigi tur. l. Filius fã. §. diu. ff. de leg. 1. l. 1. C. de tutore, non debet, vel curatore, qui satis non dedit. Sed præcipue l. 7. ff. de usufr. quemadmodum canetur. Sic Glossa ad l. 4. v. Boni viri, ff. de usufructu. Odofred. ibi Bald. n. 8. Salicet. col. 1. paul. n. 3. Tiraquel. de viroque retr. ad fin. n. 120. Accursi. ad l. 4. C. de usufructu Bertran. consil. 144. l. 1. Roman. consil. 439. n. 10. Iason ad l. 1. n. 23. Socinus senior. ibi. n. 22. ff. qui satisfacere cogantur.

Debet concedi. Quia lex Cum non facile, ff. si cui plusquam per legem falcidiam. & lex 1. §. su. Debet conper peculio. C. de asser. tollendo, & Authen. Ge. cedat. neraliter C. de Episc. & cler. & §. sed. hodie, in ff. de satisfact. cauent, cautionem iuratoriã sufficientem esse, cum fideiussoria præstari non potest. Ita Barthol. ad l. 1. & 4. C. de usufr. Guid. Papa decis. 189. Ioan. Immol. ad l. Cum non facile, n. 2. & 3. ff. si cui plusquam per legem falcid. Portius l. 3. commun. concl. ampliat. §. Pinel. ad l. 1. C. de bonis maternis p. 2. n. 79. Andr. Gail. l. 2. obser. 47. Molina tr. 2. d. 7. Gutier. in repet. l. Nemo potest, n. 300.

158. Hæc mihi sententia, probabilior videtur, quia communior. Et quia ipsemet Fachineus l. 7. & ult. ff. de usufructu quemadmodum canetur, fateor, concedentes proprietario rei vindicationem, non loqui in euentu, quo fideiussio reddatur impossibilis. Addo, solum concedere hanc vindicationem, si cautio nulla detur, non autem si detur cautio iuratoria, cum alia dari nequeat, Lex verò Hac edictali non loquitur in casu usufructus, sed in tutelaz in qua non est mirum cautionem iuratoriã non admitti. præterquam quod inibi est sermo de rebus mobilibus, quæ cum æstimatæ accipiendæ sint, & cum obligatione æstimationem reddendi, consonum erat fideiussionem exigi. Denum mihi persuadet, cautionẽ iuratoriã sufficientem esse, cum fideiussoria nequit dari lex 1. §. super peculio, ff. de asser. tollendo. ibi. si vero re vera datio eius impossibilis ei sit, hocque iudici manifeste ostendatur iuratoriæ cautioni committit. Quid apertius: Cum autem dubium est, an hæc cautio sufficiat, vt usufructuarius recte remittat administraturus, sequens strum indicendum esse probat lex Postquam, §. Imperator, vers. sed si nec ipse, ff. vi legat. vel fideicommissi nomine canetur.



CAPV T IX.

Circa Possessionem.

D V B I V M XXXIV.

An ex eo, quod coheres tibi cedas partem hereditatis, censearis, illius habere possessionem.

159. PRÆMITTO veram apprehensionem necessariam esse ad comparandam reorum vacantium possessionem ex decihone leg. 1. ff. de acquir. possess. & leg. naturaliter. §. illud, de acquir. rerum Dominio Item ad comparandam possessionem rerum, que

EL SCORAR
Theok. Mor.
Bm. V. V. II.
E. IV.

24 Theologiae Moralis Lib. XXXVI.

que à priori domino non conceduntur, semper requiritur apprehensio vera. Vt Domus, prædij, fundi integre quis possessionem habeat non est opus, omnes eius partes intrare, sed satis est, si aliquam eius partem intret, animo totum fundum possidendi, lib. 3. ff. de acquir. possess. Quod si Dominus, prædia, ac fundus distincti sint, vel quia discontinui, vel quia diuersis nominibus nuncupantur, non est satis vnus possessionem accipere, vt omnes quis possidere censeatur: sed debet necessario intrare, & illius possessionem apprehendere. l. Caius Seius §. Titius, ff. de legat. 20. Quæserim vero, si simul cum alio elles institutus hæres, & diuisa in partes hereditate, adires possessionem partis tibi competentis, alter vero cederet hereditati: an eo ipso censearis omnis hereditatis possessionem assecutus?

160 Censeris quidem. Quia facta cessione omnis hereditas tibi accrescit; Ergo & possessio; maxime cum possessio in vna parte hereditatis extendi possit ad aliam partem eidem accrescentem; in possessione enim ius accrescendi debet admitti argum. leg. Quod in eo ff. de acquir. possess. & ibi Glossa. Sic Curtius iunior. lege vnic. n. 49.

161 Minime censeris omnis hereditatis assecutus fuisse possessionem. Quia pars illa hereditatis, quæ accrescit, omnino est distincta, ac diuisa ab ea, quam primo possidisti. Ergo prima possessio ad eam extendi non potest, licet non extenditur possessio vnus domus ad alterius distinctæ possessionem. Ita Baldus ad l. illam vnic. n. 3. Sebastian. Sapia ibidem numero 63. Antonius Gomez ad leg. 45. Taurin. 104.

162 Magis hæc mihi placet opinio. Cui non obstat, ab alio cessione facta, tibi integram competere hereditatē, quia id pronenit ex eo, quod hereditatis titulus vnus iam sit, & indiuisibilis; ac titulus possessionis diuisibilis est iuxta rerum possessorum diuersitatem. Possessio autē vnus partis ad partē accrescentē per continuationem extenditur, non tamen ad partem quæ solo titulo Dominij accrescit.

DVBIVM XXXV.

Possessio sufficienter probatur, vnic. teste.

163 CERTAM est, possessionem probari, si testibus, vel instrumento probatus fuerit actus quo inducitur, siue fuerit realis, siue fictus; vt in comperto est apud omnes. Neque ad plenam ac perfectam possessionis probationem requiri, vt testes deponant de eodem actu possessionis eodem tempore exercito sed sufficere, si tempore distincto fuerit comprobatus, nempe si vnus testis deponat, se vidisse Antonium possessionis actus tempore exercere; & alius testis deponat alio tempore diuerso vidisse. Glossa ad leg. ob. cermen. §. fin. ff. de testibus. Bartholus, & Baldus ibidem. Imò & si testes deponant de actu distincto, ac diuerso tempore exercito, satis esse ad probandam plene possessionem; nempe si vnus testis deponat de seminatione, alter de collectione fructuum, alius de mercede, ac pen-

sione percepta, & sic de aliis actibus. Quia esto sint testes singulares in probandis actibus, sunt tamen testes in probanda possessione, quæ omnes illos actus comprehendit. Glossa ad l. Altor, C. de probation. Baldus ibi, num. 4. Salicet. num. 5. & alij, quos refert & sequitur Anton. Gomez ad l. 34. Taurinum. 193. Iam requiro, vtum possessio vnico teste valeat aliquando probari?

Valet quidem. Quia testis vnus tanto potest curæ honore præfulgere, vt singularis eius testimonium superet plurimum testimonium depositionem. Sic plures Doctores relati à Mascardo de probationibus vol. 3. concl. 1198. Quam sententiam Palas de inst. tract. 3. 1. de vni. p. 24. §. 5. num. 2. Veram esse existimat, dum contrariam veritiorem appellat.

Minime valet. Quia ad caput licet de testibus Minime ait Pontifex, licet plures sint causa, quæ plures valet. quam duos exigant testes, nulla tamen est causa quæ vnus testimonio, quamvis legitimo, terminetur. Ita Afflicti decisi. 364. num. 5. Pontan. de spolio l. 2. num. 100. Andre. Gaill. l. 1. obseru. 7. Fachin. l. 8. controu. 16. Palas citatus.

Hoc longe probabilius esse existimo. Quia vt ait Consilius l. 8. C. de testibus testimonio vnus, Hoc longe etiam si præulare curia honore præfulgeat credendum ex obligatione non est. Ex obligatione quidem ait, vt innuat ex æquitate posse credi ad possessionis probationem, modo non contradicatur aliquis, ad quem res possessa pertinere videatur.

DVBIVM XXXVI.

An fructus tum pure naturales, tum mixtos antequam præscribantur. & bona fides desit, sic acquiras, vt si iterum consumas, debeas, domino reddere.

DIFFICILE faciant resolutionem varij textus, qui videntur pugnantia docere. Nam lex Fructus, 45. ff. de vris, de. notat mere naturales fructus restitutos esse, secus mixtos; inquit enim, Fructus percipiendo vxor vel vir ex re sibi donata suos facit illos tantum, quæ suis operis acqviserit, veluti serendo. Nam si pomum decerpserit, vel ex sylua ceciderit, non sit eius, siue nec cuiuslibet bonæ fidei possessoris, quia non ex facto eius hic fructus nascitur. E contra vero lex Bonæ fidei ff. de acquir. rerum Dominio. indicat omnes fructus possessoris esse, Bonæ fidei possessor non dubie percipiendo fructus etiam ex aliena re suos interim facit, non tantum eos, qui diligentia & opera eius prouenerunt, sed omnes, quippe qui quoad fructus loco domini pene est. Propter hæc in varias sententias diuisi sunt Doctores. Eorum placita recensco.

Fructus rei industriales sibi animo acquirunt bonæ fidei possessor, secus naturales. Quia lex Fructus naturales, manifeste distinguit inter fructus pure naturales, & mixtos, & hos acquiri censet possessori bonæ fidei, non tamen illos, quod non ex facto possessoris nascantur. Sic Glossa

Glossa ad c. *Grauis de rest.* noster ibi. vlt. Card. n. vii. Salic. Angel. Alex. Fulgol. & alij plures citati a Sanch. l. 2. de al. c. 2. n. 67. Omnes fructus siue naturales siue mixti possessor bonae fidei lucratur ex titulo oneroso, licet si titulo lucratio possideat, tunc enim industriales tantum lucratur, non autem pure naturales. Quia lex *Fructus* negans possessori bonae fidei fructuum pure naturalium acquisitionem loquitur de possessore bonae fidei ex donatione ibi donata, ac proinde ex titulo lucratio. Lex vero *Bonae fidei* loquitur de possessore ex titulo oneroso, scilicet emptio- nis ibi *Emptor*. Sic Curt. Brug. l. 2. c. 1. ad fin. c. 44. Loriotus ex fruct. excom. 47. & 48. & probabile putat Reb. l. 2. de rest. q. 4. n. 9. Omnes fructus tam naturales, quam mixtos lucratur non absolute sed ad tempus, nimirum dum res empta non fuerit. Quia lex *Bonae fidei* statuit: *Interim* fructus suos facere, sic Menoc. de recap. possess. 5. n. 180. & Cuiac. in annot. si quis a non domino pro cultura illam particulam: *Interim* exponunt.

168
Minnie
debet.

Possessor bonae fidei omnes fructus rei industriales copiarat, naturales vero si titulum legitimū habeat. Quia ex l. *bonae fidei*, bonae fidei possessor omnes fructus conceduntur. Et lex *Qui fecit*. §. vlt. ff. de usuris, inquit: *bonae fidei possessorum percipit fructibus id iuris habet, quod Dominus praediorum tributum est*. Ergo non solum fructus sed puri naturales, de quibus in his legibus sermo fit, bonae fidei possessori acquiritur. Ita Abbas ad c. *Grauis*, n. 4. de rest. Ant. ibi n. 12. Anchar. n. 8. Beron. n. 23. Conar. l. 1. var. c. 3. n. 6. Gutier. de expensis, c. 2. n. 35. Spino spec. testam. gloss. 2. 3. Sanch. alijs relatis, l. 2. de al. c. 2. n. 68.

169
Auctor
inducit.

Prima pars sententiae omnes probabiles esse iudico, hanc vero lege probabiliorē. Quia quidē possem confirmare ex l. *in pecunia ff. de usur.* & ex l. 4. *lana ff. de usucap.* quae idē aliteritur. nec nostrae resolutioni obstat: l. *fructus*, quae denegat acquisitionem fructuum naturalium, quia intelligi debet de tali bonae fidei possessore, qui sit vxor vel vir, hic enim titulum legitimū nō habet, cum donatio inter coniuges sit reprobata, vel intelligi debet de bonae fidei possessore, qui obligatus sit ad restitutionem fructuum etiam bona fide perceptorum iuxta l. *indebiti*. §. ff. de condit. debiti. Nec item obstat. d. si quis a non Domino, quia argumentum a contrario sensu nō est firmum, maxime cum oppositum iure decisū fuerit. Et licet in aliquibus supra relatis legibus nulla tituli mentio fiat, id supponendum est, ut textus, qui videtur oppositi, concilietur, praeterquam quod rationi est consonum, ut fructuum naturalium dominium Domino rei debitum possessori bonae fidei non acquiratur, nisi titulus sit munus.

DVBIVM XXXVII.

An possessor bonae fidei teneatur, fructus mixtos consumptos ante tempus praescriptionis Domino restituere si agnoscat, rem a qua prouenire, alienam esse.

170
Suppono
certum.

Commune Doctorū est placitum possessor bonae fidei in hoc casu restituere debere omnes fructus pure naturales, si locupletior factus est. Quia hi fructus naturae rei sequuntur. Esch. & Mend. Tract. Moral. Tom. V.

tur, unde cum res ipsa si consumpta fuit restituenda est, quatenus ex eius consumptione factus quis fuerit locupletior, ita etiam hi fructus debent restitui. Mol. tr. 3. d. 79. Val. 2. d. 5. q. 6. pun. 3. Lel. l. 2. c. 14. dub. 2. Sanch. l. 2. de al. c. 2. n. 75. Quaesierim verō, num fructus mixtos seu ex industria partes teneatur bonae fidei possessor restituere, licet ex eis ditior fuerit effectus, cum agnoscat, rem, a qua prouenerunt, esse alienam?

171

Teneatur quidem ea ex parte, qua ex eorum consumptione ditior factus fuit. Quia pingens *Teneatur ex* in aliena tabula bona fide, obligatus est, aesti- qua parte mationem domino tabulae reddere, non obstant ditior estate quod tabulae factus fuerit Dominus, §. si quis et in aliena tabula, inist. de rer. diuis. Eo quod re aliena factus est ditior. Cum ergo ex fructibus alienis ditior fuerit factus illos restituere debet: non obstante illorum dominio, & industria apposita ad rei fructificationem. Sic Lel. cit. Laym. l. 3. §. 1. §. tr. 2. c. 3. n. 7. Mol. 10. 2. d. 569. Sayr. in clauis, l. 10. tr. 2. c. 2. n. 2.

172
Non tene-
tur.

Non teneatur possessor bonae fidei fructus consumptos restituere, etiam si ob eorum consumptionem ditior sit factus. Quia dubium esse non potest iure positivo possessor bonae fidei eximi posse ab obligatione restituendi huiusmodi fructus consumptos, si enim iure sic disponente concessum est ei illorum dominium, quod aliis iure naturali domino rei competebar, potuit sic concedi absque praefata obligatione. Quod autē sic factū sit mihi persuadet textus in l. certum, C. de rei vindic. a contrario sensu, ubi solum fructus exantes cauet restituendos. Ergo non consumptos. Ita Gloss. §. si quis a non Domino, inist. de rer. diuis. & Lex diuers. ff. de rei vindic. & C. Grauis, v. Fructus, de rest. spoliator. Ant. ibi, n. 12. Card. n. vii. Invol. num. 4. Pinel. ad l. 2. C. de rescind. vend. Sanch. citat. probabile existimat.

173

Auctoris
inducium.

Ego quidem hanc sententiam probabilem etiam duxerim. Quia praxi receptum est, teste Sanch. possessor bonae fidei ad fructus perceptos, & consumptos ante litis contestationem non condemnari iuxta l. 4. ff. de acquir. rer. domini. At si possessor bonae fidei obligationem haberet hosce fructus restituendi, peti ab eo deberent. Forum autem conscientiae exteriori est conforme, cum falsa praesumptioni non innititur. Ergo cum in foro externo censetur deobligatus ab hac restitutione bonae fidei possessor, etiam in foro conscientiae deobligatus censeri debet. Ceterum primam sententiam utpote communiorē, & naturali conformiorē iuri teneo, tuendamque ac consulendam iudicari. Quia locupletari non debet quis cum alterius iactura reg. 48. de reg. iur. in 6. At si possessor bonae fidei non teneretur restituere fructus consumptos quorum occasione locupletior est factus, cum iactura veri Domini, cui sunt debiti illi fructus, fieret locupletior. haud igitur est admittendum.

DVBIVM XXXVIII.

An possessor, qui a principio fuit bonae fidei, postmodum mala superueniente, possit licite, rem alienam, ac eius fructus retinere.

Potest quidē retinere quousque fundus officio iudicis evectus sit. Quia interim fructus suos Retinere fecit, potest.

174

fecit. tenocabiliter tamen, ideoq; & si mala fides
superueniens præscriptionem impediatur, non ta-
men fructus acquisitionem. Patet ex l. vi si ci-
ff. de vsur. vbi Iulian. inquit, Bonæ fidei emptor
scitit. Et ante quam fructus perciperet, cognuit,
fundis esse alienum, an perceptione suos fructus fa-
ciat, queritur. Respondi: Bonæ fidei emptor quoad
fructus percipiendos intelligi debet quoad emen-
tus fundus non fuerit. Nam, & seruus alienum,
quem bona fide emero tandiu mihi ex re mea,
vel operis suis acquiris, quamdiu emulus non fue-
rit. Non igitur mala fides obstat fructuum ac-
quisitioni, ac retentioni i incum dum res empta
non est. Sic Glossa ad l. Et ex diuerso, ff. de rei
vindio. Inola. c. Grants. de rei spoliati. n. 7. Anch.
m. 1. Beronis n. 6. Faber § si quis a non domi-
no. §. 1. & vlt. in fi. de rer. diuis. & alij relati a
Sanch. l. 2. Decal. c. 23. m. 149.

175 Non potest tante mala fide verè & propriè
Non potest nec rē, neq; illius fructus retinere, sed domino
retinere. sūt reddenda cūctione minime ipectata. Quia l.
Quis bona fide 23 ff. de acquir. rer. domin. inquit
Paulus Tamdiu acquiritur ei quamdiu bona fide
seruit. Caterū si cōspiceretur hunc alienum esse,
vel liberum, videamus, an ei acquirat: Quæstio in
eo est, utrum intus spectemus, an singula momen-
ta: & magis est, vī singula momenta spectemus.
sentit ergo cōsultus, ab eo momēto, quo cognos-
citur, res aliena esse, possessorē illius in mala fide
cōstitui. At malæ fidei possessor nec rē nec fructus
potest retinere: esset enim fur, & alieni v.
surpator. Ita lo. Garcia de expens. c. 2. §. n. 13. Me-
noch. de recuper. posses. rer. §. n. 9. 2. Sayr. in elar.
n. 1. §. 10. r. 2. c. 12. n. 2. Nauarra de resol. §. p. 4. c. 4.
dub. 1. n. 144. Moli. §. 2. d. 566. & to. §. p. 2. d.
715 n. 1. Rebel. de inst. p. 1. l. 2. §. 5. n. 9. Sanchi.
l. 2. Decal. c. 23. n. 15. 2.

176. hoc plane tenendum. Quod ex cap. si virgo
Hoc plane 34. q. 2. confirmo ibi: Tamdiu quisquam bona fi-
tenendum. dei possessor rectissime dicitur, quam u se posside-
re ignorat alienū. Cum verò scierit, nec ab aliena
possessione recesserit, tunc mala fidei possessor per-
hibebitur. Quid apertius.

D V B I V M X X X I X.

¶ In cum incrementum rei prouenit ab extrinseco, possessor male fidei satisfaciat, rem similem reddens, si eo tempore Dominus consumpturus non esset.

177.
*Nonnulli
suppono.*

Questio est, quid restituere quis debeat, si rem mala fide acceptam, vel retinentem vendiderit, aut consumpserit tempore incrementi: v. gr. cum equus robustus erat, vel cum triticum valebat 15. vendidit, aut consumpsit, tenetur ne incrementum Domino reddere, an satisfaciatur reddendo tantumdem tritici eiusdem qualitatis, & bonitatis ac fuit, & simile equum acerat ab illo sublati? Certum mihi, cum res ab intrinseco habet incrementum, & valorem, non satisfacere, si reddat pretium illius secundum statum, quem habuit, cum ab eo sublati fuit: sed necessarium reddendam esse iuxta statum, ac valorem tempore venditionis, aut consumptionis existentem. v. gr. furatus quis est pullum equinum, & crevit, factus est robustus eo tempore interfecti, vendidit, vel donavit: tenetur plane reddere quanti tunc aestimabatur. Quia ipse, eiusque aestimatio Domino com-

petebat. Quid si incrementum rei ab extrinseco
proueniat, vt contingit in pecunia, tritico, oleo,
vino, alijsque functionem recipientibus satis-
facit ne quis rem similem reddens.

Satisfacit planè reddendo aliam similem, rem, 178
acut illa, quam assumpsit, aut illius æstimatio- *Satisfacit,*
nem, secundum præsens restitutionis tempus, *reddendo*
modo dominus clementi tempore rem non ef- *rem simi-*
ficer consumpturus, sed tempore decrementi, id- *lem.*
que constaret. Quia vendere triticum hoc vel
illo tempore, inditrig, ac diligenter venditoris
tribuendum est: At ex tali venditione provenit
incrementum: Ergo incrementum furi, & non
domino competere, vtpotè quod illius industrie
est fructus. Sic Mol. 10. 3. d. 72. §. concl. 3. & 4.
Lef. 1. c. 12. dub. 16. n. 105. Nauarr. de res. l. 4. c.
1. n. 37. Laym. l. 3. rr. 2. c. 4. n. 6. Valq. de res. c. 5.
dub. 12.

Non satisfaciunt, sed obligatus est, incrementum illud ex re vendita, vel donata perceptum domino restituere, etiam si dominus non esset illud percepturus, sed confuturus rem tempore decementi. Quia res tempore, quo carnis venditur domini est, vt constat. Ergo omnis eius estimatio ac melioratio ad dominum pertinet. Nam pretium rei est ipsa res equaliter, at tunc ite rem in illo statu reddere: ergo si eam assumptis, vel vendidit, aestimationem eius reddere tenebitur. Quod si detineat, iniustus est, ergo ratione iniusta acceptioem iniustamentum reddere obligatur. Ita Gabr. in 4. dist. 15. g. 2. conc. 2. Rebel. de inst. l. 2. de res. g. 6. n. 5. Palau. de inst. tr. 3. d. vni. p. 24 §. n. 9. & colligitur ex l. in re. s. i. & l. vlt. C. de condit. furtina.

Primam sententiam probabilem admodum esse iudico, mihi tamen secundam elegi. Quia pretiū i ei, etiam si, ab extrinseco proveniat, non est fructus industriae, sed potius rei, imo est aequaliter res ipsa, licet enim illud incrementū ille nō perciperet, nisi venderet non inde inferret esse fructum industriae eius, sed ad summum industriae esse necessariam conditionem ad fructū ex re percipiendū. Nec enim pretiū propter industriam, sed propter rem ab illo venditā conceditur. Rem expendis, si agrum alienū coleres, ac feras, quem dominus culturus nō esset, mines conveniunt, fructus inde perceptos domino esse reddendos, quia res domino fructificatur, tametsi absq̃ tua industria praestati fructus nō perciperentur. Ergo et si absq̃ tua industria illud incrementum non habetur, teneris habiti domino reddere, quia datum est pro te ipsa, et q̃; fructus rei, vel potius res ipsa aequaliter, non tuae industriae fructus. Patet hinc primae sententiae fundamentum non vrgere. Nam incrementū illud non est fructus industriae, sed potius rei, tametsi fructus industriae sit, quod celebraretur venditio eo tempore, quo incrementum illud esset percipiendum.

DVBI VM XL.

*An qui rem mala fide possessam in dies
crescentem peremit, satisfaciatur, restituens
quanti tempore absumptionis aestimatur.*

Verb. gr. interfecit quis pullū equinū, cōbaf- 181
fūt fegetes, quæ tūc centū valebāt. cū verò Satisfacit
ad reddens rē,

quantis
tempore ab-
sumptis
estimabatur.
ad maturitatem pervenirent, valitura essent
200. sufficitne centum restituere satisfacit,
centum restituens. Quia restituit quanti tunc
damnum illatum estimatur. Sic Lessl. l. 2. c. 13.
n. 157. Addit Sotus in 4. quest. 6. art. 5. Si cri-
men commissum est ex negligentia possessorem
male fidei non obligari ultra id, quod tempore
damni segetes valebant. Secus si ex malitia,
quia non tenetur dominus eo tempore rem
distrahare.

182
Non satis-
facit.
Si dominus fundi decrevisset segetes illas ser-
vare usque ad messem, uti nunquam non decer-
nere assolet, non solum tenetur illa reddere
quantum estimatur, sed quanti estimatur
spes illas retinendi. Quia in huius privatione
dominus patitur damnum, utpote qui iniuste
privatur potentia fructus maturos percipiendi.
Ita Medina C. de restit. q. 6. a. 1. Sylva v. Furtum,
q. 16. Navarr. de restit. l. 4. c. 1. n. 37. Vasq. de rest.

c. 5. §. 1. n. 79. Laym. l. 3. sect. 5. tr. 2. c. 4. n. 7. Palao
de iust. tr. 3. i. d. vni pun. 24. §. 9. n. 11.

Crediderim equidem ob malitiam non esse
amplius restituendum; quam ob negligen-
tiam mortaliter culpabilem. Quia malitia non
auget damnum, quamvis peccatum augeat,
ut solo respondeam. Deinde assero teneri illum
male fidei possessorem reddere quanti spes se-
getum estimatur. Nam si à me furripes tri-
ticum tempore messis, quod servare decreue-
ram in tempus, quo presumitur auctiori pre-
tio diuendum, non satisfaceres, si solue-
res pretium tritici, quo tempore messis vendi-
tur, sed tenebaris lucrum similiter cessans
compenfare. Porro restitutio facienda non est
quanti segetes reservandę mature sunt valiturae,
sed quanti estimatur earum spes, quia in hu-
ius privatione iniuria consistit, uti præcitati
Doctores aduertunt.

183
Auctoritas
resolutio.



EL SCOBAR
Theol. Mor.
Tom. V. V. II.
E. IV